

Nazarenus. **C.** Respondit Jesus: **J.** Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite hos abire. **C.** Ut impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum: et percussit pontificis servum: et abscidit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro: **J.** Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem didit mihi Pater, non bibam illum? **C.** Cohors ergo, et tribunus, et ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, et ligaverunt eum: et adduxerunt eum ad Annam primum; erat autem socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphæ, quo consilium dederat Judæis: Quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, et introivit cum Jesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, et dixit ostiariæ: et introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: **S.** Numquid et tu ex discipulis es hominis istius? **C.** Dicit ille: **S.** Non sum. **C.** Stabant autem servi, et ministri ad prunas, quia frigus erat, et calefaciebant se. Erat autem cum eis et Petrus stans, et califiens se. Pontifex ergo interrogavit Jesum de discipulis suis, et de doctrina ejus. Respondit ei Jesus: **J.** Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, et in templo, quo omnes Judæi conveniunt: et in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego. **C.** Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Jesu, dicens: **S.** Sic respondes pontifici? **C.** Respondit ei Jesus: **J.** Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? **C.** Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autem Simon Petrus stans, et calefaciens se. Dixerunt ergo ei: **S.** Numquid et tu ex discipulis ejus es? **C.** Negavit ille, et dixerit: **S.** Non sum. **C.** Dicit ei unus ex servis pontificis, cognatus ejus, cujus abscidit Petrus auriculam: **S.** Nonne ego te vidi in horto cum illo? **C.** Iterum ergo negavit Petrus: et statim gallus cantavit. Adducunt ergo Jesum a Caipha in prætorium. Erat autem mane: et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent pascha. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, et dixit: **S.** Quam accusationem affertis adversus hominem hunc? **C.** Responderunt, et dixerunt ei: **S.** Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. **C.** Dixit ergo eis Pilatus: **S.** Accipite eum vos, et secundum legem vestram judicate eum. **C.** Dixerunt ergo ei Judæi: **S.** Nobis non licet interficere quemquam. **C.** Ut sermo Jesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Introivit ergo iterum in prætorium Pilatus et vocavit Jesum, et dixit ei: **S.** Tu es Rex Judæorum? **C.** Respondit Jesus: **J.** A temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? **C.** Respondit Pilatus: **S.** Numquid ego Judæus sum? Gens tua, et pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? **C.** Respondit Jesus: **J.** Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent ut non traderer Judæis: nun autem regnum meum non est hinc. **C.** Dixit itaque est Pilatus: **S.** Ergo Rex es tu? **C.** Respondit Jesus: **J.** Tu dicis quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati: omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam. **C.** Dicit ei Pilatus: **S.** Quid est veritas? **C.** Et cum hoc dixisset, iterum exivit ad Judæos, et dicit eis: **S.** Ego nullam invenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis ut unum dimittam vobis in Pasha: vultis ergo dimittam vobis Regem Judæorum? **C.** Clamaverunt ergo rursus omnes, dicentes: **S.** Non hunc, sed Barabbam. **C.** Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, et flagellavit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus: et veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, et dicebant: **S.** Ave Rex Judæorum. **C.** Et dabant ei alapas. Exivit ergo iterum Pilatus foras, et dicit eis: **S.** Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam. **C.** Exivit ergo Jesus portans coronam spineam, et purpureum vestimentum. Et dicit eis: **S.** Ecce homo. **C.** Cum ergo vidissent cum pontifices et ministri, clamabant, dicentes: **S.** Crucifige, crucifige eum. **C.** Dicit eis Pilatus: **S.** Accipite eum vos, et crucifigite: ego enim non invenio in eo causam. **C.** Responderunt ei Judæi: **S.** Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit. **C.** Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prætorium iterum: et dixit ad Jesum: **S.** Unde es tu? **C.** Jesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: **S.** Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittere te? **C.** Respondit Jesus: **J.** Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet. **C.** Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Judæi autem clamabant, dicentes: **S.** Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. **C.** Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum, et sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, hebraice autem Gabbatha. Erat autem Parasceve Paschæ, hora quasi sexta, et dicit Judæis: **S.** Ecce Rex vester. **C.** Illi tunc clamabant: **S.** Tolle, tolle, crucifige eum. **C.** Dicit eis Pilatus: **S.** Regem vestrum crucifigam? **C.** Responderunt pontifices: **S.** Non habemus regem, nisi Cæsarem. **C.** Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Susceperunt autem Jesum, et eduxerunt. Et bajulans sibi crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locum, hebraice autem Golgotha: ubi crucifixerunt eum, et cum eo alios duos hinc et hinc, medium autem Jesum. Scripsit autem et titulum Pilatus: et posuit super crucem. Erat autem scriptum: Jesus Nazarenus, Rex Judæorum. Hunc ergo titulum multi Judæorum legerunt, quia prope civitatem erat locus ubi crucifixus est Jesus. Et erat scriptum hebraice, græce et latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Judæorum: **S.** Noli scribere, Rex Judæorum, sed quia ipse dixit: Rex sum Judæorum. **C.** Respondit Pilatus: **S.** Quod scripsi, scripsi. **C.** Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus et fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem, et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem: **S.** Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit. **C.** Ut Scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi: et in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus Maria Cleophæ, et Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrem, et discipulum stantem,

to the ground. Again therefore He asked them: **J.** Whom seek ye? **C.** And they said: **S.** Jesus of Nazareth. **C.** Jesus answered: **J.** I have told you that I am He. If therefore you seek Me, let these go their way; **C.** That the word might be fulfilled which He said: Of them whom Thou hast given Me, I have not lost anyone. Then Simon Peter, having a sword, drew it and struck the servant of the high priest and cut off his right ear. And the name of the servant was Malchus. Jesus therefore said to Peter: **J.** Put up thy sword in the scabbard. The chalice which My Father hath given Me, shall I not drink it? **C.** Then the band and the tribune and the servants of the Jews took Jesus, and bound Him. And they led Him away to Annas first, for he was father-in-law to Caiphæ, who was the high priest that year. Now Caiphæ was he who had given the counsel to the Jews: that it was expedient that one man should die for the people. And Simon Peter followed Jesus: and so did another disciple. And that disciple was known to the high priest and went in with Jesus into the court of the high priest. But Peter stood at the door without. The other disciple therefore, who was known to the high priest, went out and spoke to the portress and brought in Peter. The maid therefore that was portress saith to Peter: **S.** Art not thou also one of this man's disciples? **C.** He saith: **S.** I am not. **C.** Now the servants and ministers stood at a fire of coals, because it was cold, and warmed themselves. And with them was Peter, also, standing and warming himself. The high priest therefore asked Jesus of His disciples and of His doctrine. Jesus answered him: **J.** I have spoken openly to the world. I have always taught in the synagogue and in the temple, whither all the Jews resort: and in secret I have spoken nothing. Why asketh thou Me? Ask them who have heard what I have spoken unto them. Behold they know what things I have said. **C.** And when He had said these things, one of the servants, standing by, gave Jesus a blow, saying: **S.** Answerest Thou the high priest so? **C.** Jesus answered him: **J.** If I have spoken evil, give testimony of the evil; but if well, why strikest thou Me? **C.** And Annas sent Him bound to Caiphæ the high priest. And Simon Peter was standing and warming himself. They said therefore to him: **S.** Art not thou also one of His disciples? **C.** He denied it and said: **S.** I am not. **C.** One of the servants of the high priest a kinsman to him whose ear Peter cut off saith to him: **S.** Did I not see thee in the garden with Him? **C.** Again therefore Peter denied; and immediately the cock crew. Then they led Jesus from Caiphæ to the governor's hall. And it was morning; and they went not into the hall, that they might not be defiled, but that they might eat the Pasch. Pilate therefore went out to them, and said: **S.** What accusation bring you against this man? **C.** They answered and said to him: **S.** If He were not a malefactor, we would not have delivered Him up to thee. **C.** Pilate therefore said to them: **S.** Take Him you, and judge Him according to your law. **C.** The Jews therefore said to him: **S.** It is not lawful for us to put any man to death. **C.** That the word of Jesus might be fulfilled, which He said, signifying what death He should die. Pilate therefore went into the hall again and called Jesus and said to Him: **S.** Art Thou the King of the Jews? **C.** Jesus answered: **J.** Sayest thou this thing of thyself, or have other told it thee of Me? **C.** Pilate answered: **S.** Am I a Jew? Thine own nation and the chief priests have delivered Thee up to me. What hast Thou done? **C.** Jesus answered: **J.** My kingdom is not of this world. If My kingdom were of this world, My servants would certainly strive that I should not be delivered to the Jews: but now My kingdom is not from hence. **C.** Pilate therefore said to Him: **S.** Art Thou a King then? **C.** Jesus answered: **J.** Thou sayest I am a king. For this was I born, and for this came I into the world; that I should give testimony of the truth. Every one that is of the truth heareth My voice. **C.** Pilate saith to Him: **S.** What is truth? **C.** And when he had said this, he went out again to the Jews and saith to them: **S.** I find no cause in Him. But you have a custom that I should release one unto you at the Pasch. Will you, therefore, that I release unto you the King of the Jews? **C.** Then cried they all again, saying: **S.** Not this man, but Barabbas. **C.** Now Barabbas was a robber. Then therefore Pilate took Jesus and scourged Him. And the soldiers plating a crown of thorns, put it upon His head; and they put on Him a purple garment. And they came to Him and said: **S.** Hail, King of the Jews. **C.** And they gave Him blows. Pilate therefore went forth again and saith to them: **S.** Behold, I bring Him forth unto you, that you may know that I find no cause in Him. **C.** Jesus therefore came forth, bearing the crown of thorns and the purple garment. And he saith to them: **S.** Behold the man. **C.** When the chief priests, therefore, and the servants had seen Him, they cried out, saying: **S.** Crucify Him, crucify Him. **C.** Pilate saith to them: **S.** Take Him you, and crucify Him; for I find no cause in Him. **C.** The Jews answered him: **S.** We have a law, and according to the law He ought to die, because He made Himself the Son of God. **C.** When Pilate, therefore, had heard this saying, he feared the more. And he entered into the hall again; and he said to Jesus: **S.** Whence art Thou? **C.** But Jesus gave him no answer. Pilate therefore saith to Him: **S.** Speakest Thou not to me? Knowest Thou not that I have power to crucify Thee, and I have power to release Thee? **C.** Jesus answered: **J.** Thou shouldst not have any power against Me, unless it were given thee from above. Therefore, he that hath delivered Me to thee hath a greater sin. **C.** And from henceforth Pilate sought to release Him. But the Jews cried out, saying: **S.** If thou release this Man, thou art not Cæsar's friend. For whosæver maketh himself a king speaketh against Cæsar. **C.** Now when Pilate had heard these words, he brought Jesus forth and sat down in the judgment seat, in the place that is called Lithostrotos, and in Hebrew Gabbatha. And it was Parasceve of the Pasch, about the sixth hour; and he saith to the Jews: **S.** Behold your King. **C.** But they cried out: **S.** Away with Him. Away with Him: Crucify Him. **C.** Pilate saith to them: **S.** Shall I crucify your King? **C.** The chief priests answered: **S.** We have no king but Cæsar. **C.** Then, therefore, he delivered Him to them to be crucified. And they took Jesus and led Him forth. And bearing His cross, He went forth to that place which is called Calvary but in Hebrew Golgotha.; where they crucified Him, and with Him two others, one on each side and Jesus in the midst. And Pilate wrote a title also: and he put it upon the cross. And the writing was: Jesus of Nazareth, the King of the Jews. This title therefore many of the Jews did read: because the place where Jesus was crucified was nigh to the city. And it was written in Hebrew, Greek, and in Latin. Then the chief priests of the Jews said to Pilate: **S.**

quem diligebat, dicit matri suæ: **J.** Mulier, ecce filius tuus. **C.** Deinde dicit discipulo: **J.** Ecce mater tua. **C.** Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciens Jesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: **J.** Sitio. **C.** Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit: **J.** Consummatum est. **C.** Et inclinato capite, tradidit spiritum. Judæi ergo quoniam Parasceve erat ut non remanerent in cruce corpora sabbato erat enim magnus dies ille sabbati) rogaverunt Pilaum, ut frangerentur eorum crura, et tollerentur. Venerunt ergo milites: et primi quidem fregerunt crura, et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt ejus crura: sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: et verum est testimonium ejus. Et ille scit, quia vera dicit: ut et vos credatis. Facta sunt enim hæc ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. Post hæc autem rogavit Pilatum Ioseph ab Arimathæa eo quod esset discipulus Jesu, occultus autem propter metum Judæorum, ut tolleret corpus Jesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, et alæs, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jesu, et ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus: et in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Jesum.

(After the Passion has been sung, the celebrant puts on the black cope, the deacon and the subdeacon the dalmatic and tunic of the same colour. Meanwhile two acolytes spread a linen cloth upon the altar and put the book in the middle. The celebrant, with his ministers, goes up to the altar and kisses it. Then, standing at the centre of the altar, he sings or recites the following solemn Collects.)

II. THE GREAT INTERCESSIONS:

FOR HOLY CHURCH

Oremus, dilectissimi nobis, pro Ecclesia sancta Dei: ut eam Deus et Dominus noster pacificare, adunare, et custodire dignetur toto orbe terrarum: subiiciens ei principatus, et potestates: detque nobis quietam et tranquillam vitam degentibus, glorificare Deum Patrem omnipotentem.

S. Oremus.

V. Flectamus genua.

R. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriam tuam omnibus in Christo gentibus revelasti: custodi opera misericordiæ tuæ; ut Ecclesia tua toto orbe diffusa, stabili fide in confessione tui nominis perseveret. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

FOR THE POPE

Oremus et pro beatissimo Papa nostro **N.**, ut Deus et Dominus noster, qui elegit eum in ordine episcopatus, salvum atque incolumem custodiat Ecclesiæ suæ sanctæ, ad regendum populum sanctum Dei.

S. Oremus.

V. Flectamus genua.

R. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus, cujus judicio universa fundantur: respice propitius ad preces nostras, et electum nobis Antistitem tua pietate conserva; ut christiana plebs, quæ te gubernatur auctore, sub tanto pontifice, credulitatis suæ meritis augeatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

FOR ALL ORDERS AND DEGREES OF THE FAITHFUL

Oremus et pro omnibus Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, Acolythis, Exorcistis, Lectoribus, Ostiariis, Confessionibus, Virginibus, Viduis: et pro omni populi sancto Dei.

S. Oremus.

V. Flectamus genua.

R. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus, cujus spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur et regitur: exaudi nos universis ordinibus supplicantes; ut gratiæ tuæ munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter serviatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

FOR THE RULERS OF STATES

Oremus et pro omnibus res publicas moderantibus, eorumque ministeriis et potestatibus: ut Deus et Dominus noster mentes et corda eorum secundum voluntatem suam dirigat ad nostram perpetuam pacem.

S. Oremus.

V. Flectamus genua.

R. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates et omnium jura populorum: respice benignus ad eos, qui nos in potestate regunt; ut ubique terrarum, dextera tua protegente, et religionis integritas, et patriæ securitas indesinenter consistat. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

FOR THE CATECHUMENS

Oremus et pro catechumenis nostris: ut Deus et Dominus noster adaperiat aures præcordiorum ipsorum,

Write not: The King of the Jews; but that He said: I am the King of the Jews. **C.** Pilate answered: **S.** What I have written, I have written. **C.** The soldiers therefore, when they had crucified Him, took His garments and they made four parts, to every soldier a part and also His coat. Now the coat was without seam, woven from the top throughout. They said then one to another: **S.** Let us not cut it, but let us cast lots for it, whose it shall be: that the Scripture might be fulfilled which saith: They have parted My garments among them, and upon My vesture they have cast lots. And the soldiers indeed did these things. Now there stood by the cross of Jesus His Mother, and His Mother's sister, Mary of Cleophas, and Mary Magdalen. When Jesus therefore had seen His Mother and the disciple standing whom He loved, He saith to His Mother: **J.** Woman, behold thy son. **C.** After that, He saith to the disciple: **J.** Behold thy mother. **C.** And from that hour, the disciple took her to his own. Afterwards, Jesus, knowing that all things were now accomplished, that the Scripture might be fulfilled, said: **J.** I thirst. **C.** Now there was a vessel set there, full of vinegar. And they, putting a sponge full of vinegar about hyssop, put it to His mouth. Jesus therefore, when He had taken the vinegar, said: **J.** It is consummated. **C.** And bowing His head, He gave up the Spirit.

Then the Jews because it was the Parasceve, that the bodies might not remain upon the cross on the Sabbath day for that was a great Sabbath day, besought Pilate that their legs might be broken and that they might be taken away. The soldiers therefore came, and they broke the legs of the first, and of the other that was crucified with Him. But after they were come to Jesus, when they saw that He was already dead, they did not break His legs. But one of the soldiers with a spear opened His side, and immediately there came out blood and water. And he that saw it hath given testimony: and his testimony is true. And he knoweth that he saith true: that you also may believe. For these things were done that the Scripture might be fulfilled: you shall not break a bone of Him. And again another Scripture saith: They shall look on Him whom they pierced. And after these things, Joseph of Arimathea because he was a disciple of Jesus, but secretly for fear of the Jews besought Pilate that he might take away the Body of Jesus. And Pilate gave leave. He came therefore and took away the Body of Jesus. And Nicodemus also came he who at the first came to Jesus by night, bringing a mixture of myrrh and alæs, about a hundred pound weight. They took therefore the Body of Jesus and bound it in linen cloths, with the spices, as the manner of the Jews is to bury. Now there was in the place where He was crucified a garden: and in the garden a new sepulchre, wherein no man yet had been laid. There, therefore, because of the Parasceve of the Jews, they laid Jesus, because the sepulchre was nigh at hand.

Let us pray, dearly beloved, for the holy Church of God: that our Lord and God may deign to give it peace, keep it in unity, and guard it throughout the world, subjecting to it principalities and powers: and may grant unto us that, leading a peaceful and quiet life, we may glorify God, the Father almighty.

P. Let us pray.

D. Let us kneel.

S. Arise.

Almighty and everlasting God, Who in Christ hast revealed Thy glory too all nations: guard the works of Thy mercy; that Thy Church, spread over the whole world, may with steadfast faith persevere in the confession of Thy Name. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, world without end.

R. Amen.

Let us pray for our most holy Father Pope **N.**, that our Lord and God, Who chose him to the order of the Episcopate, may keep him in health and safety for His holy Church to govern the holy people of God.

P. Let us pray.

D. Let us kneel.

R. Arise.

Almighty and everlasting God, by Whose judgment all things are established, mercifully regard our prayers, and in Thy goodness preserve the Bishop chosen for us: that the Christian people who are ruled by Thine authority, may under so great a Pontiff, be increased in the merits of faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, world without end.

R. Amen.

Let us pray also for all Bishops, Priests, Deacons, Subdeacons, Acolytes, Exorcists, Readers, Porters, Confessors, Virgins, Widows, and for all the holy people of God.

P. Let us pray.

D. Let us kneel.

R. Arise.

Almighty and everlasting God, by Whose Spirit the whole body of the Church is sanctified and ruled, hear our humble pleading for all the orders thereof; that by the gift of Thy grace in all their several degrees may faithfully serve Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the same Holy Spirit, God, world without end.

R. Amen.

Let us pray also for all engaged in affairs of state and for all their ministries and powers: that our God and Lord may guide according to His will their minds and hearts, to our lasting peace.

P. Let us pray.

D. Let us kneel.

R. Arise.

Almighty and everlasting God, in Whose hands dwell all might and the rights of every people: look favorably on those who wield power over us; and let Thy right hand protect us, that, all the world through, both religious integrity and our country's security may be firmly based and abide. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, world without end.

R. Amen.

Let us pray also for our Catechumens: that our Lord and God would open the ears of their hearts, and the gate of

ianuamque misericordiæ; ut per lavacrum regenerationis accepta remissione omnium peccatorum, et ipsi inveniantur in Christo Jesu Domino nostro.

S. Oremus.

V. Flectamus genua.

R. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuam nova semper prole fœcundas: auge fidem et intellectum catechumenis nostris; ut renati fonte baptismatis, adoptionis tuæ filiis aggregentur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

FOR THE NEEDS OF THE FAITHFUL

Oremus, dilectissimi nobis, Deum Patrem omnipotentem, ut cunctis mundum purget erroribus: morbos auferat: famem depellat: aperiat carceres: vincula dissolvat: peregrinantibus reditum: infirmantibus sanitatem: navigantibus portum salutis indulgeat.

S. Oremus.

V. Flectamus genua.

R. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus, mæstorum consolatio, laborantium fortitudo: perveniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium; ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

FOR THE UNITY OF THE CHURCH

Oremus et pro hæreticis et schismaticis: ut Deus et Dominus noster eruat eos ab erroribus universis; et ad sanctam matrem Ecclesiam Catholicam atque Apostolicam revocare dignetur.

S. Oremus.

V. Flectamus genua.

R. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui salvas omnes, et neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas; ut omni hæretica pravitate deposita, errantium corda respiscant, et ad veritatis tuæ redeant unitatem. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

FOR THE CONVERSION OF THE JEWS

Oremus et pro Judæis. Ut Deus et Dominus noster illuminet corda eorum, ut agnoscant Jesum Christum salvatorem omnium hominum.

S. Oremus.

V. Flectamus genua.

R. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vis ut omnes homines salvi fiant et ad agnitionem veritatis veniant, concede propitius, ut plenitudine gentium in Ecclesiam Tuam intrante omnis Israel salvus fiat. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

FOR THE CONVERSION OF PAGANS

Oremus et pro paganis: ut Deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum; ut relictis idolis suis, convertantur ad Deum vivum et verum, et unicum Filium ejus Jesum Christum Deum et Dominum nostrum.

S. Oremus.

V. Flectamus genua.

R. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris: suscipe propitius orationem nostram, et libera eos ab idolorum cultura; et aggrega Ecclesiæ tuæ sanctæ ad laudem et gloriam nominis tui. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

III. ADORATION OF THE CROSS:

